



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 138. Solemnis funeris pompa Goæ celebrata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæcul. XVI.

A. C. 1552.

§. CXXXVIII.

*Solemnis funeris pompa Goæ celebrata.*

Turfelin. 2.

15. &amp; 16.

Orland. l. 13.

n. 87. &amp; seq.

Equidem Sacris hisce exuviis usque ad Mensẽ Augustum nullo ferme honore parentabatur, donec tandem Joannes Beira Societatis Jesu Sacerdos unacum duobus Sociis Malacam veniret, Sanctique Corpus, quod integrum esse fama acceperat, inspicere perciperet. Ergo nocte intempesta cum Sociis clam Templum ingreditur, sepulcroque patefacto Franciscum velut spirantem mense post obitum nono reperit. Aderat tum Jacobus Pereira, qui unacum reliquis rei miraculo attonitus Sancti corpus ex hoc loco ad sacrum Ecclesiæ vestiariũ deferri, novumque loculum ex ligno pretioso confici, illudque panno serico vestiri, ac demum aureis telis ornari curavit: huic igitur arcæ Xaverii corpus profluente sanguine madidum, miramque odoris suavitatem exhalans impositum fuit, ac tamdiu clam custoditum, donec illud Goam transferrendi opportunitas ferret, quod primum anno sequenti millesimo quingentesimo quinquagesimo quarto contigit, ubi in augustiori sacello Ecclesiæ ad D. Paulum repositum omnibus, quos tum ei deferre licuit, honoribus



ribus colebatur. Accurrebant solemnibus pompis Pro-Rex, Nobiles, Senatores, ac Magistratus unacum toto Clero, omnibusque Mercatoribus, atque opificibus, nec minus postea omnibus ex locis ingens hominum copia advolabat, qui omnes sacras hasce reliquias venerari cupiebant, plurimis miraculis in hac translatione patratis acciti.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1552.

§. CXXXIX.

*Archiepiscopus Toletanus antea Societatis hostis, nunc illius fautor.*

Sancti hujus Viri obitus Divum Ignatium summo afficiebat dolore, quod non modo illius jacturam Societas, sed ipsa etiam Ecclesia deploraret, præcipue iis temporibus, ubi non pauci non modo in Francia, sed in aliis quoque regnis novo huic instituto sese opponerent. Præprimis Archiepiscopus Toletanus omnes Jesuitas a Complutensi Collegio, quod tamen unicum erat in ejus diæcesi illorum domicilium, exclusit, atque anathematis pœnam vibravit in cunctos, qui suas noxas apud illos expiarent. Parochis quoque, aliisque religiosorum familiis inibuit, ne in suis Ecclesiis cuiquam Societatis Sacerdoti verbum Dei prædicandi, aut rem divinam peragendi copiam darent,

P. Bouhours  
viede S. Ignace l. 4. p. 339.

Ordin. his.  
Soc. l. 22.  
n. 27.  
Alcamb.  
Hist. P.  
trunc. Soc.

ac

LVIII.  
celeb-  
usque  
ferme  
andem  
cerdos  
a veni-  
egram  
reupe-  
Sociis  
croque  
antem  
Ade-  
ai una  
is San-  
in Ec-  
amque  
illud-  
emum  
igitur  
anqui-  
suavi-  
t, ac  
illud  
ferret,  
lesimo  
quarto  
lo Ec-  
omni-  
hono-  
ribus